



## PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 342/20/I

### DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, Exc.mo ac Rev.mo Patri Domino Vlastimil Kročil, Episcopo Budovicensi, benigne concedit ut, die XIII Maii MMXX, in dioecesana Immaculato Cordi Beatae Mariae Virginis consecratione, post litatum divinum Sacrificium in Assumptionis Beatae Mariae Virginis ecclesia, impertiat omnibus christifidelibus adstantibus, qui vere paenitentes atque caritate compulsi iisdem sacris interfuerint, **papalem Benedictionem** cum adnexa *plenaria Indulgentia*, suetis sub condicibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communione et Oratione ad mentem Summi Pontificis) lucranda.

Christifideles qui **papalem Benedictionem** devote acceperint, etsi, rationabili circumstantia, sacris ritibus physice non adfuerint, dummodo ritus ipsos, dum peraguntur, ope instrumenti televisifici vel radio-phonici propagatos pia mentis intentione secuti fuerint, *plenariam Indulgentiam*, ad normam iuris, consequi valebunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die V mensis Maii, anno Dominicae Incarnationis MMXX.

*Maurus Card. Piacenza*  
MAURUS Card. PIACENZA  
Paenitentiarius Maior

*Christophorus Nykiel*  
CHRISTOPHORUS NYKIEL  
Regens